(***) (***) ✠ (***) (***)

7-5

GRATULATIONUM TRIAS,

QUEIS TRIAS ITEM COLLEGIORUM

E SOCIETATE JESU,

SUAM ET LÆTITIAM, ET OBSERVANTIAM TESTATA FUIT IN ADVENTU

ILLUST.MI DOMINI

D. FRANCISCI DE SOLIS FOLCH

DE CARDONA GANTE BELVIS RODRIGUEZ DE LAS VARILLAS,

TRAJANOPOLITANI ANTISTITIS, HISPALENSIS DIOECESIS


COADMINISTRATORIS,

REGIS A SIPARIO,

CALATRAVENSIS EQUITIS.

Typis mandata, & in lucem edita additissimæ devotionis ergo tum in eumdem Ill.mum D. cùm in Almam Jesu Societatem ab ejusdem olim, & nunc studiosis Alumnis, numquamque defecturis adseclis.

Hisp. in Typog. signatè Latina FRANCISCI SANCHEZ RECIENTE, Regiæ Medicæ Societatis Typographi. Ann. Dñi. MDCCXLIX.



OPERIS EDITIONI
PRÆLUDIT
EPIGRAMMA.

JEſuadũ tibi grata cohors manſura per ævum
Et tibi vota refert, & tibi verba canit:
Inde recuſati patitur molimina præli,
Nè ſinat in laudes verba perire tuas.
Stare cupit voces; *volat irrevocabile verbum:*
Hinc ſtantis lucem Solis adire jubet.
Plura daret, ſi, quanta, daret, mens anxia fecit,
Adderet & quávis plurima, plura daret.
At tu pro meritis, Princeps, generoſus avitis
Hæc animi grati conſule penſa boni.

SOLSTITIUM,

ID EST,

SOLIS STATIO.

PRÆLECTIO GRATULATORIA PRO Fauſto, auſpicatoque Solis adventu, cujus â lumine & Hiſpalenſe Hemiſphærium, & hoc ê Societate Jeſu Hibernicum Seminarium, parva licèt, nunc Regia Solis luſtratur, illuſtraturque.

(*Habita à D. Joſepho Gomez de Figueroa, ejuſdem Seminarii Alumno, die 26. Junii.*)

Ad illud Poetæ, ejuſdemque Philoſophi Titi Lucretii Cari,

Largus item liquidi fons luminis, ætherius Sol
Irrigat aſſiduè Cœlum candore recenti,
Suppeditatque novo confeſtim lumine lumen.

QUOD RERUM OMNIUM Parenti Naturæ, rebuſque omnibus â Natura progenitis vel â prima Mundi conditione ſolemne fuit, ut Solis adventum, & ortum, priuſquàm exoriatur, & adveniat, deſideriis expetant, & votis, ac poſt exortum ipſum quàm maximis afficiantur gaudiis, moreque gratulantum exultent; id accidit (PRINCEPS EXCELLENTISSIME, átavis edite Regibus, Divis genite, & mille authoramentis decorate) id, inquam, accidit in præſentia toti, quanta

ta ea eſt, Hiſpalenſium Urbi, quæ te ceu adventurum Solem, ſive tui Solis expectabat adventum, & cum Bilbilitano Martiali par carmen ingeminabat animitus:

Phoſphore, redde diem, quid gaudia noſtra moraris? Mart.
Præſule venturo, Phoſphore, redde diem. Cæſare.

Ergo dies jam reddita affulſit, & quæ Hiſpalenſium vota erant, modò gaudia, eaque cumulatiſsima, te coram, Excellentiſsime Princeps, dum expectata tueri ora datur, vigent, atque triumphant. Quapropter ê re fore in animum induxi, gratulatione hac, quam Hiſpalenſe Societatis Jeſu Seminarium Hibernum poſt tui millies iteratam venerationem tibi dicit, & dicat, te, tuaque decora ſub Solis ſymbolo, utcumque exprimere; ſub Solis ſymbolo, cujus & ſymbolum, & cognomen Regium, & quoddam illius inſtar perfectiſsimum graphicè refers, dummodo candore novo, & lumine recenti â te immiſſo vegetant cuncta, foventur, lætantur; Solſtitiumque tuum, hoc eſt, Solis ſtationem, tum in magna hac Urbe, cùm in parva hac Domo, ex Philoſopho, & Poëta Lucretio, utì me Philoſophum decet Juvenem, quodammodo delineare, & quo potuerim penicillo adumbrare, ſi minus depingere; quod, te favente, non invito faciam Apolline, quippe

Largus item liquidi fons luminis, ætherius Sol
Irrigat aſsiduè Cœlum candore recenti,
Suppeditatque novo confeſtim lumine lumen.

Ad ternum illud carmen ê Tito Lucretio Caro lib. 5. de natura rerum relatum nuper.

ELEGIDION PARAPHRASTICON.

VEniſti tandem liquidi fons luminis, auras,
  Aulas, atque aras qui ſacer ore beas.
Veniſti ſoboles Phœbi, Sol ipſe, beatos
  Nos candore tuo non modò, noſtra facis.
Largus luce nova, largus candore recenti,
  Perfluis imbre novo, perpluis imbre bono.

Can-

Candor enim liquidus, diffusus, & ille benignus
Vel novitate sua est, vel bonitate sua est.
Largus & exundat fluvius Cœlestis aquäi,
Quâ Hispalicas terras irrigat assiduus.
Quandoquidem Princeps alto æthere Phœbus Apollo
Dummodo perspicitur, perspiciendo fovet.
O nos felices! nobis quia stare videtur
Sol, qui lumen habet, quoque beemur habet.
Teque Sodalitium felix! Te Phœbus in ortu,
Solstitioque suo pro statione tenet.
Atque Hiberna Domus septem subjecta Trioni
Hac statione novâ torrida zona cales.
Cernite, gens Sociûm, vos cernite, lecta Juventus,
Occiduo in tractu lumen inocciduum.
Cernite; non oculis timidi diffidite vestris,
Si jubar immensum temperat ille suum.
Cernite, quod tenues vestrum, parvique Penates
Nunc Regum turres exsuperare queunt.

EL divino esplendor, que en arreboles
De luz purpurea, de candor brillante,
Credito puede ser de muchos Soles,
Y es representacion de un Sol Infante,
Tantos atrahe humanos Gyrasoles,
Quantos mirar consiguen su semblante;
Sol que en el hemisphERIO Sevillano
Igual ilustra el * Monte, como el * Llano.

(**) Es el Ilustrissimo Hijo de los Señores Duques de Montellano.

DE la casa de el Sol ardiente rayo,
Que â el heredado nuevo lustre adquiere,
Cuyo merito es luciente ensayo
Del sublime Zenit, â que ascendiere:
En tan erguido Monte guarda el Mayo
La Purpura, que en flor su edad tiñere;
Que si â su Monte toca la Eminencia,
La Purpura mas fina â su Ascendencia.

PRognoftico el *Blafon de fu gran Cafa
Sol luminofo es, campo fangriento;
De purpura, y de luz union no efcafa,
De la fortuna, y del merecimiento:
Su Sol es Sol, que iluftra, mas no abrafa,
Y luciendo en un rojo Firmamento,
Indìca, quando en Sangre reverbera,
Que un nuevo Sol con Purpura fe efpera.

(*) La gran Cafa de Solis tiene por armas un Sol en campo de fangre.

AHora fe admira el Hifpalenfe Cielo
Dirigir la Eclefiaftica harmonìa,
Quien antes admirò en fu gran (1) Abuelo
Primores de la Regia Policìa:
A toda ley fe oftenta fu defvelo
Sevillano en gratifsima porfia;
Y fu nominacion facra no en vano
De la Ciudad ha fido de (2) Trajano.

(1) El Excelentifsimo Señor Don Jofeph de Solis, Conde (defpues Duque) de Montellano, Abuelo de fu Iluftrifsima, fuè Afiftente de Sevilla.

(2) Es fu Iluftrifsima Arzobifpo de Trajanopolis.

Enimverò, quid re, & nomine congruentius, aut oportunius? Equidem *Trajanopolis* fignificatu fuo *Urbs Trajani* eft. Quòd fi antiqua Hiftoriarum evolvamus monumenta, *Urbs Trajani* reapfe ipfum erit Hifpal, cùm Italica, quæ Trajano Patria fuit, feu Hifpal audiat, feu Hifpalis fuburbium: eaque propter non aliquis, ut ajunt, cafus, fed aliquis Deus eam mentem induxit, ut Archiepifcopales Infulæ Trajanopolis titulo infigniantur.

At cùm Lyra fit Hibernorum ftemma, & juxta Solem lyra depingatur propter Cœleftem harmoniam, atque ftatæ Solftitiorum vices Mercurii, five Solis, (quod Numen utrumque ex Macrobio unum eft) tetrachordo adumbretur, hinc, quanta & tui, Princeps benignifsime, & hujus Seminarii Hibernici concordia, & confonantia fit, tantùm qui cœcutiant, non videant. At enim, cùm Aftrologi geminum faciant Solftitium, alte-

rum

rum æstivum, idque mense hoc Junio, & propè hac die faustisimâ; alterum Hibernum, idque mense Decembri, quid de mirifico Sole æstivum Solstitium cum Hiberno conjungente prædicabimus?

Aspicis, atque stupes, rerum miracla novarum,
Hunc Solem geminum jungere Solstitium.
Tempore nunc æstivum est; Juni nam orbita currit:
Hibernum est; nostram nam venit ille Domum.

Et te has in partes vocem, Corculum Romanorum, Marce Varro, de Solstitio nostro appositisimè ita disserentem: *Solstitium est, quòd Sol eo die sistere videatur, aut quòd Sol ad nos versus, proximum est Solstitium.* Expressiùs tamen, & vividiùs Cicero de natura Deorum. *Solis accessus : : : Solstitiis dignoscitur.* Velut portendens, quòd accessus ad nos iste tuus, isque humanissimus, Solstitio hoc Junii dignoscendus esset. Denique, & suam symbolam confert re super eâdem emunctissimæ naris indagator Lucretius:

Solque pari ratione manere, & Luna videtur
In statione ea, quæ ferri res indicat ipsa.

Pero, pues Lyra, y Lyra son armas del Sol, y de la Hibernia, tòmolas, para que en digno encomio suba mucho de punto el acorde concierto.

SI bien de este Sol heroico
Las altas prerogativas
Desairadas en mis voces,
Y elogiadas en sì mismas,
En los numeros no caben
Del guarismo, ô de la Lyra,
Como ni en margen estrecho
Profundidad infinita:
Sol, que serà en su Zenit
Luz immensamente activa,
Quando aun sus Auroras son
Resplandor de mucho dia.

Cu-

Cuyo Hispalense Gobierno
O apropian, ô prognostican
De Sevilla, y de su Casa
Dos siempre gloriosas Mitras.
Una, Don Diego de Anaya, (1)
Exemplo de la energia,
Que el Concilio de Constancia
La suya bien acredita.
Otra fue el Señor Don Jaime, (2)
Regio Vastago de Ariza,
Que Oja, y Flor de su Cardona,
Con tu Sol estàn subidas.
Y alargando la atencion
A mas ancianas noticias,
Sevilla es de tu Ascendencia
Obligada, y redimida.
Pues Don Pelayo (3) Correa,
Tronco â tu Genealogia,
Con su valor la redime,
Y con el mismo la obliga.
Por dictamen (4) de este solo
El glorioso Rei la sitia,
Con su eficacia la estrecha,
Vence con sus marabillas.
Como que empeñò el Maestre
El fondo de su Milicia,
Por dàr â tal Sol su Nieto
El decoro de tal Silla.
Sol, que â titulo de tal
Su influencia no limìta
A este Emispherio, si el otro
Con sus esplendores brilla.
Digalo en la nueva España
De (5) Jucatan la Provincia,
Quando su adelantamiento
Es Blason de tu Familia.

(1) Arzobispo de Sevilla, y pariente de su Ilma. por su septima Abuela la Sra. Doña Cathalina de Anaya.

(2) El Sr. D. Jayme de Palafox y Cardona, pariente de su Ilma.

(3) D. Pelayo Perez Correa, Maestre de Sãtiago, Tronco de la gran Casa de Solis, opinion de que es Don Joseph Pellizer en el memorial dado â luz año de 1670. por el Sr. D. Alonso de Solis, Valderrabano, Bracamonte, y Davila, Bisabuelo de su Ilma.

(4) Siguiò su dictamen el Sto. Rey, y sitiò â Sevilla. Acta Sancti Ferdinandi ex Papebrochio.

Don-

Donde aquel famoso Heroe
Fundò la nueva Sevilla,
Hereditario en tu Origen
El afecto hàcia la antigua;
Don Francisco (6) de Montejo,
A quien debe la conquista
Del nuevo Mundo gran parte
Por su Prudencia, y Cuchilla.
Que el gran canal de Bahama,
Superado de sus quillas,
Aun es estrecho clarin
De tan feliz ossadia.
Ilustradas sus Proezas (7)
Con la siempre immortal tinta
De un Solìs, para que otro
En mas glorias las repita.
Digo un Sol, que resplandezca
En la Europa, y en las Indias,
Y que en Oriente perpetuo
Amanezca eternos dias.
A cuyos tymbres excelsos
En union grata conspiran
De la mas Ilustre Alcuña
Generosas, Regias Lineas.
Solìs, Pacheco, Giron,
Valderrabano, Varillas,
Guzman, Luzon, Gante, Anaya,
Y Cardona, Augusta Cifra.
Y como hiriendo el crystal
La luz aumentos consiga,
En Abolengos tan claros
Tus Soles se multiplican.
Supuesto, que al Sol, no acaso,
Le dàn el nombre de Mythra, (8)
La multitud de los tuyos
La de las tuyas indìca.

(5) (6) El Adelantamiento de Jucatan es de la gran Casa de Montellano, por D. Francisco de Montejo septimo Abuelo de su Ilma. que fundò la nueva Sevilla; fuè el mas fiel compañero de Hernan Cortès, descubriò el Canal de Bahama.

(7) D. Antonio de Solìs historiò con las de Hernan Cortès las hazañas del Sr. Montejo.

(8) En el idioma Persiano tiene el Sol nõbre de Mythra.

B

Has-

Hasta que el color morado
En fino carmin se tiña,
Y al fin augustas tus Sienes
De tres Coronas se impidan.
Bien que en las ausencias tuyas,
Aunque celèbre tus dichas,
Seràn lagrymas del Bètis
De el Tybre las alegrias.

AT quid de Sole mense hoc Junio Solstitium tenente Macrobius dixerit, quidve de te, Illustrissime Præsul, portenderit, indicemus. Nempe apud ipsum *Sol est boni consilii Antistes*: En te Antistitem, & quidem magnum, boni, & quidem magni consilii: *Fit Sol Septemtrionalis, cùm tropicum tenet*: Et tu quòque adfectu, benignitateque Septemtrionalis fis, cùm hanc Septentrionalium Juvenum Domum, dum visis, illustras. Deinde adjicit, ut Solstitium nitidius explicet: *Manifesta est igitur causa, cur hæc zona flammis sit semper obnoxia, quippe quam Sol totius æthereæ flammæ & fons, & administrator numquàm relinquat:* En Solem te, macte Heros, totius æthereæ flammæ fontem, (largus item liquidi fons luminis, ætherius Sol,) æthereæque flammæ Administratorem (Coadministratorem dixerim) numquàm hanc zonam relinquentem, id est, Societatis cingulum, aut zonam, quæ semper amoris tui beatis ignibus, dulcissimisque flammis obnoxia fuit.

Pero donde se viò tan claro como el Sol mismo, quan proprio, y antiguo sea en la Excelentissima Casa de Montellano este Solsticio; ô detencion de el Sol, fue en aquel summo, y prodigioso Heroe, de quien deriva ella su Origen.

EL Insigne Maestre Don Pelayo
Perez Correa, Prole generosa
Del fiero Marte, ô el mismo Marte fiero,

Que contra el Moro, de la guerra rayo
Marabillas obraba, en quanto ossâ
El terror fulminante de su azero:
Diga el mayor Luzero,
Como su curso suspendiò obediente
A la voz del Josue Español triumphante,
Que por llevar sus palmas adelante
De la liquida luz calmò la fuente,
Quando dixo eficaz: *Santa* (9) *MARIA*,
Con Solsticio felìz *deten tu dia*.

(9) Desde este caso prodigioso se quedò la advocacion de nuestra Sra. *de Ten tu dia*.

EL dia se detuvo en su Solsticio,
Completò la victoria contra el Moro
El Heroe, de tu Casa Tronco ilustre,
Quedando hereditario este exercicio
A tu Sol, que le aumenta su decoro,
Y es primor resaltado de su lustre:
Jamas la envidia frustre
El generoso exemplo, que hoi imitas
Con tu Sol, que en Solsticio favorece,
Y en cuya dignacion el dia crece
El tiempo, q̃ â este obsequio te permitas:
Que su dia â la (10) Virgen le detienes,
Quando â su Casa como Sol te vienes.

(10) Tiene el Colegio Irlandes por Titular â la Purissima Concepcion.

ET placet, atque decet lætos agitare triumphos,
Et quantas possim, grates tibi reddere, Princeps,
Quod tamquam Sol Hispal adis; quod lumine comples,
Quodque nova statione tenes; unde undique lucem,
Ut micet, ut foveat, partem fusurus in omnem
Exundans, largusque tui: jam Bœtica plausu
Tota fremit circum, grato resonatque tumultu
Præsule læta novo: non res, non ipsa voluntas
Par merito officium tribuet, conatibus impar.
At tu, Parva Domus, fausto omine parva deinceps
Non eris; ecce tibi magnum Jovis incrementum

Phœ-

Phœbus adeſt; Phœbus nunc tempora certa moratus
Luce ſua, ſtatione ſua; ſtatioque, dieſque
Maxima ſemper erit nobis, & maxima ſemper.
Et te dum tanto morulæ dignatur honore,
Largus item liquidi fons luminis ætherius Sol
Irrigat aſsiduè Cælum candore recenti,
Suppeditatque novo confeſtim lumine lumen.

ILuſtriſsimo Heroe, que recibes,
Y dàs honores al ſublime empleo,
Pues para ſer iluſtre muchas veces,
El te ſobra, y te baſtas â tì meſmo.
Florido en años, cano en la Prudencia,
Sympaticos te ſiguen los aciertos,
Que el atinado pulſo en tu conducta
Es de la eternidad, y no del tiempo.
En tarda priſſa tu cordura atenta
Con la oportunidad taſa el proyecto,
Y debe venerarſe por prodigio,
Deſde que ſe concibe penſamiento.
Del Mar Mediterraneo dulce Eſpoſa,
Malaga digo, te admirò primero,
Bien que â la fama de tan alta dicha
Ardian otras en ſagrados zelos.
Haſta que arrebatandote Sevilla,
Gran Emporio de Eſpaña, ô gran Imperio,
Logra con tu preſencia, que ſu gozo
Aun paſſe mas allà de ſu deſeo.
En tì la razon halla gavinete,
La juſticia equilibrio, la fee centro,
Corte el eſtilo, la modeſtia clauſtro,
Academia el primor, la piedad templo.
En tì forman gratiſsimo conſorcio
La humanidad â el lado del reſpeto,
Guardando aquella linea delicada,
De quien ſon puntos lo agradable, y ſerio.

Bien

Bien como el Sol, brillante ſombra tuya,
Su luz familiariza deſde el Cielo,
Ni de ſu reſplandor con menoſcabo,
Ni de ſu Mageſtad con el diſpendio.
En tì ::: pero contar â el Sol los rayos
Ocio es prolixo, peligroſo empeño:
Poco dixe: es querer que ſea baſa
Un impoſsible de un atrevimiento.
Al fin en tì eſtàs tu: fraſe ſuccinta,
Que immenſidad expreſſa de un objecto,
A quien ni aun el hyperbole dà alcanze,
Ni circula el Rhetorico rodeo.
En ti eſtàs, y qual Sol eſtàs en todos,
Con influxo benigno, amable exceſſo,
Formando el Iris, ſigno de Paz ſanta,
Que de colores tornaſola el terno.
Como deſpues de tempeſtad ſonora
El Sol viſte de gala ſus incendios,
Y en la ſerenidad del claro dia
Parece que jurò quietud el viento.
Aſsi tu Oriente en armas invencibles
De la reciente lumbre, ô candor nuevo,
Conquiſta prompto para la ventura
La blanda Monarchia del ſoſsiego.
Dichoſa Grey, que qual Paſtor diriges;
Region dichoſa, que iluminas Phœbo;
Seminario dichoſo, por quien fijas
Solſticio amante para tenue obſequio.
El animo, Señor, facil admite,
Que ſi â tu Numen es Aroma accepto,
Por tu favor tendrà los altos humos
De elevar â tus pies ſu rendimiento.

LEGI.

APPLAUSUS POETICUS HABITUS CORAM ILL.^mo D. D. FRANCISCO DE SOLIS FOLCH DE CARDONA, ET GANTE

Archiepiſcopo Trajanopoleos, & Archiepiſcopatus Hiſpalenſis Coadminiſtratore, cùm D. Hermenegildi Collegium inviſeret, â D. Antonio Maſtre, & Fuentes Equite Jacobæo.

Die 27. Junii ann. Dñi. 1749.

ERgo Diis pia cura ſumus! Cœlumque Poëſi
Aſpirat! (meritis ingens, & ſtẽmate PRINCEPS)
Aſpirat; nec enim dubii dant ſigna favoris
Mentibus illapſi Superi; cum cardine verſo
Somnia mittit Ebur, non decipientia ſenſus.
Nuper eram citharâ fultus, quâ vertice Pindus
Arduus in nubes, & regna liquentia ſurgit,
Attollens doctis annoſa cacumina ſylvis.
Vocales animæ truncis, vocalia lymphis
Murmura, & harmonicis modulatur ſpiritus auris.
Continuò cantus animos ſitientibus hauſti
Auribus avexêre, ſopor marcentibus inſtat
Artubus irriguus, labentia lumina lucem
Averſata, diem ſub opertâ nocte recondunt.
Ilicet emerſit rerum novus ordo, noviſque
Ficta modis ſimulacra, & inanes corpore formæ.
Antra jacent, rudibuſque patens ſeceſsibus aula:

Nati-

Nativus stabat, tophis pendentibus; arcus,
Limina de silice, & vivo laquearia saxo.
Fatorum hìc sedes, cœci penetrale futuri.
Abdita sæcla latent, densâ caligine mersi
Eventus, series non enarrabilis ulli.
Cruda Senis species, vegeto sed robore pectus
Intùs erat. Vivax oculis, ac numine plena
Scintillat facies, & eunt oracula labris.
Hunc habitum tempus, rerum certissimus index
Obtutu præfert, circunstant sæcula, menses,
Præcipitesque dies, momenta fugacia lapsu:
Expectantque Dei nutus, atque ora jubentis.
Hìc venâ meliore anni, fœlicibus ætas
Auspiciis fluxura, & puro lumine Soles,
Deteriorque auró proles argentea fulvo:
Ænea dein jam bile tumens, & Marte superbo.
Ferrea tempestas propè detonat horrida bellis,
Et fuso scissas incestat sanguine vestes.
Parte aliâ pulchrâ stat densus imagine cœtus,
Magnanimi Heroum vultus, acerrima virtus,
Seu regere imperio Populos, seu voce secunda
Demulcere animos, & plenis frena theatris
Indere, sors poscat: medio sese agmine prodit
Altior humano Juvenis, cui fronte serena
Majestatis amor lætos afflavit honores.
Quantus erat! Qualem spondet mens inclyta factis!
Ante diem virtus illi matura, senectæ
Despectura moras, ævum prævertere flagrans.
Obstupui cernens, stimulis ardentibus actus
Compellare Deum, venturaque discere fata:
Præsciit ille sagax, & dictis fatur amicis.

Esse Joven, que templa el Señorio
En la afable modestia de su ceño,
Reduciendo â compàs el alto, y baxo,
Armonico teson de llano, y serio:

Que del Lustre heredado solo atiende,
Lo que lleva la imagen del exemplo,
Descuidado al incienso, que tribùta
Tal vez falàz, tal fino el rendimiento:
Esse Joven promete el soberano
Adorable destìno de los Cielos
Protector al Parnasso, cuyos lauros
Aspiran ambiciosos â su emplèo.
Creceràn â su sombra despreciando
El rayo ardiente del Tonante Imperio;
Creceràn ellos, crecerà en vosotros
Con vislumbre de cultos el respeto.
La colèrica, ciega, impetuosa
Invidia, monstruo, que abortò el Averno,
Calmarà al atractivo de su halago
La inquïeta turbacion de su veneno.
A la lanza yà ociosa de Minerva
Trepa la oliva con felìz empèño:
Dichosa planta, que produce luces,
Y luces, que apadrinan los desvelos!
Proseguìa el Anciano, û proseguìa
La ilusion agradable de Morpheo,
Siendo la fantasìa vaticinio,
Que previno las alas del deseo.
Rompe el sueño el ruido de tu aplauso,
Antes le commutò en otro embeleso;
Alternando la suerte suspensiones,
Al figurarte la verdad, ô el sueño.
Passò la instable Scena de apariencias,
Sucediò la presencia del objecto;
Donde hallò adulaciones la esperanza,
La possession desfruta yà el emplèo.
Pues, gran Señor, inclìna generoso
El corazon magnanimo al obsequio,
Desciende de la cumbre, que te eleva,
A admitir la expression de este cortejo.

No desdeñes lo corto del tribùto,
Que en la benigna aceptacion del Cielo
Sus humos de oblacion pretende el grano
De incienso evaporado, aunque pequeño.
Què Dignidad pudiera darle justa
Proporcion â la idèa del Sugeto,
Si no corriera â impulsos del agrado
La dignacion â darle todo el lleno?
Vive felìz, y vivirà gustosa
La dicha entre los brazos del sosiego,
Dormida en el seguro de tu amparo,
Surta en la proteccion de tu Gobierno.
Vivirà la memoria de este dia,
Que tanto honor atraxo â este Musèo,
Porque la gratitud sabrà oficiosa,
A pesar de su fuga, hacerlo eterno.

DIXI.



EPICA GRATULATIO, QUAM IN ADVENTU PRÆDICTI ILLUSTRISSIMI DOMINI D. FRANCISCI DE SOLIS FOLCH DE CARDONA AD HISPALENSE ANGLORUM Seminarium recitavit D. Joſephus Joachimus Bermudo ejuſdem Collegii Alumnus.

Die 28. Julii ann. Dñi. 1749.

QUem Patrum cœtus, Procerum quem cœtus adorat
Hiſpalis, ecce Virum, cujus cœleſtis origo
Nobilitat Patrium nativo ſtemmate Solem.
Nec mirum, â Superis Superos deducat honores,
Qui Sacrum meritis tollit trans ſydera nomen.
Quodſi atavûm ſeriem cuperem contexere Regum,
Palladis & Genium, Martiſque annoſa trophæa,
Librarent Phœbi ſuſpenſa ſilentia mentem.
Hunc Comiteſque, Duceſque, hunc Regius undique ſanguis
Ditat, Cæſareiſque virent ſacra tempora lauris.
Ganda dedit, quòd jura dares ſuprema Britannis,
Cùm ceſsit duplici bellatrix Anglia ferro.
Folcica quis referat celſæ præconia gentis,
Cardoniumque genus? Tanti cognominis Author
Carolus eſt Magnus. Numquàm majora loquutus
Phœbus, nec Pindi ſonuerunt altiùs undæ.

Hinc

Hinc renovata tibi debetur gloria Romæ;
Hinc geminos lustras Aquilis victricibus orbes;
Hinc tibi cognatis florescunt lilia vinclis,
Queis Sacra Borbonidum Mundum complectitur omnem
Majestas, paribusque vides te fulgere in armis.
Imperii Solio repetitis nexibus instas
Belvisiâ de Stirpe satus; namque aurea sæpè
Tradita Moncadis nituit Fortuna Dynastis.
Tantaque congeries Regum, Comitumq̃, Ducumque
Dignius Augustis ambit decus addere Sceptris
Stemmate Rodrisio. Tantos sed primus honores
Aragon obtinuit, fulvoque accendit in auro
Purpureas vittas, quas supplex orbis adorat.
Fortunata Domus! Cuinam præstantiùs unquam,
Quàm tibi concessum titulis insignia Regum
Nobilitare tuis! Nosset si Jupiter illa,
Fulmineos Aquilæ dedignaretur honores,
Astraque nobiliùs vittis ornasset Iberis.
Sed Latius sileat Patrium auditurus Apollo.

AUnque Cesares, Reyes, y Grandeza
Con augusta ambicion â orlar aspiran
El Real Escudo de tu gran Nobleza,
Que como sacra executoria miran:
Timbre mejor, mas alta gentileza
En tus lustrosos meritos admiran;
Que no diste mas lauro â la Fortuna,
Que el honor de mecer tu Regia Cuna.

LIsonja fue del tiempo libertarte
Del Chaos pueril, que la advertencia encanta;
Que era interès del Sol anticiparte
Su lustre, que en Tì â grande se levanta:
De su luz sabia tanto te reparte,
Que al deseo tu ingenio se adelanta:

Siendo de tus discursos la Excelencia,
Cientifico presagio â la Eminencia.

DE Philipo la lynce perspicacia,
Argos prudente con sagaz reposo,
Sagrado indicio de su sèria gracia
Te dispensò con brazo generoso:
Jamàs su advertidissima eficacia,
Que al gobierno aspiraba mas juicioso,
Tuvo golpe mejor, que en tu destino
Mas que de orden humano, del Divino.

A Gefe ilustre de un Senado grave
Decretò se elevasse tu cuidado,
Y de su acierto la infalible clave
Pareciò, que â tu juicio havia entregado:
Magnanimo, constante, recto, y suave
Amable te mostraste, y respetado,
Dando tan elevados rudimentos
A mayor Dignidad los fundamentos.

EMulo de Philipo el Gran Fernando,
Al aceptar del Mundo la Corona,
En uno los dos Orbes enlazando,
De Malaga llamò al Real Cardona:
Con esta dignacion authorizando
El Soberano afecto â tu Persona,
Que en la Corte hizo vèr por largo espacio
Sin discordia dos Soles en Palacio.

ADmitido â los ratos del sossiego,
En que de Sì la Magestad descansa,
Retirada del vulgo palaciego,
Sin enigmas gozaste su confianza:
Con el trato creciò el amable fuego,
Prendiendo mas, y mas en tu templanza:

Que

Que tal vez comedirſe â un Real extremo
Cauſa fue de ſubir â lo ſupremo.

ASsociarte â ſu Hermano determina
De tu Hiſpana Deidad Sacro Decreto,
Y en prenda de ſu afecto la mas fina,
Caſi formando un myſtico concreto,
Lo humano el Joven Regio â Sì deſtina,
Y en Tì con el deſignio mas diſcreto
Lo Divino cediò, para que huviera
La igualdad toda, que poſsible fuera.

IMmediato tè adoro al Solio Auguſto,
Y aun late congoxoſo mi deſeo:
Suſpende un rato el declararlo injuſto,
Que lo ampara de Roma el Summo Empleo:
Aqui deſcanſa yà mi anhelo juſto
El elogio encontrando, que deſeo;
Que es elogio vulgar â lo Cardona
Laurel, Imperio, Purpura, y Corona.

LEGI.

VOTUM JESUITARUM

pro Illustrissimo, semperque colendissimo D. D. FRANCISCO DE SOLIS FOLCH DE CARDONA, *Archiepiscopo Trajanopolitano, unà cum Ser.mo Hispaniarum Infante Cardinali Archiepiscopatus Hispalensis Coadministratore.*

Ad illud Cantic. 4. *Veni, veni, veni, coronaberis.*

EPIGRAMMA.

GEns Hiberna vocat; vocat Anglia; te quòq̃ Sancti
Martyris, & Regis docta Lycæa vocant.
Terna Domus Sertum triplex tibi vendicat: Ergo
Jesuadum votis Sacra Tiara tua est.

DECIMA.

TRes Casas de Compañia
Te disponen, quando vienes,
Tres Coronas â tus Sienes
Con amorosa porfia:
De tan noble bizarria
La peregrina hermandad
Anuncia, que en realidad
Subiràs por consequencia
De *Ilustrissima* â *Eminencia*,
De *Eminencia* â *Santidad*.

ERRATA:

Folio 1. linea 17. additiſsimæ, *lege addictiſsimæ:*
Fol. 4. lin. 19. Solis ſtationem, *lege Solis tui ſtationem.*
Fol. 6. lin. 30. adumbretur, *lege adumbrentur.*
Fol. 10. lin. 15. Septentrionalium, *lege Septemtrionalium.*
Fol. 13. lin. 26. Phœbo, *lege Phebo.*
Fol. 15. lin. 9. Maſtre, *lege Maeſtre.*